

imagines nos intendat promovere, ac excitare, quarum interventu tantum gratiarum augmentum percipimus.

35. Sed dices. Apostolus Paulus scribit 2. Corinth. 11. num. 14. Ipse Satanas transfiguratur se in Angelum lucis, quod saepe facit per ipsas sacras imagines, ac sacrarum rerum representationes, ut ex multis historiis constat, at statim Respondeo cum D. Chrysolomo, D. Thoma ibi, quod manifestatur ex suis operibus, quod sit Princeps tenebrarum, & diabolus tentans, & sic ait Gaudentius Brixienfis Episcopus apud Benedictum Justinianum. Quid mirum si Satanas transfiguratur se in Angelum lucis? Probant (scilicet ejus opera) utique cum esse Angelum tenebrarum, qui se Angelum lucis ostendere conatur, ut fallat. Ex operibus ad quae suadet, & instigat, ostenditur, quod diabolus sit, & qui se in Angelum lucis transfiguraverat, ex operibus ac factis deprehenditur Angelus tenebrarum.

36. Quod multis exemplis declaratur, cum quidam Monachus ex Ordine S. Norberti fervidē contempleretur Mysterium Trinitatis, eum Diabolus in specie Angeli sic alloquitur, ob tua merita dignus es ut videas Trinitatem, his dictis apparuit tria gestans capita, Trinitatem se esse contestans: Monachus divino afflatu cognoscit diabolum, eumque miserrimum omnium creaturarum appellat. Ita refert Surius in ejus vita die 6. Junii cap. 19. Idem similiter de altero Monacho Praemonstratensi scribit Sigebertus ad annum. 1121. Vincentius lib. 2. cap. 29. Cum etiam alter Monachus rigida disciplina se verberaret coram imagine Christi crucifixi, Diabolum tanquam in persona Christi loquentem audivit, ego volo mortem peccatorum: cui Monachus, O bone Jesu agnosco Diaboli vocem; refert Sophronius in praeo spirituali c. 45. eandem similem historiam de S. Feriardo scribit D. Gregor. Turonensis lib. 2. de vita Patrum cap. 10. & apud Suar. die 1. Augusti Idemque narratur de S. Martino Turonensi, de S. Antonino Abbate, & nostra sancta Magdalena de Pazzi, ac aliis multis Sanctis, Proindeque quamvis Satanas se transformet in Angelum lucis, tamen ex suis operibus, ac verbis se ostendit principem tenebrarum, & maxime etiam ex divina virtute illuminante corda suorum justorum, quia etiam non sentiunt illum fervorem, ac consolationem spiritualem, quem quando ipse verē Christus adest.

In dubio miraculi.

37. Quando dubitant an miraculum sit, an non. Pro non miraculo judicandum, quia possessio est pro natura, & pro his quae ordinario, ac communi concursu fiunt, & non pro his, quae extraordinario, ac superiori ope, super vires naturae fiunt, qualia sunt miracula, pro quo faciunt ea, quae in omnibus meis libris; verbo miraculum dixi quod in his, quae fieri possunt viribus naturae, non sit recurrendum ad miraculum.

D. Chryf. D. Thom.

Gaudent. Justin.

Surius.

Sigebert. Vincent.

Sophron.

D. Gregor. Turon.

Surius.



RESOLUTIO. XLIII.

An anima Samuelis verē apparuit Sauli?

QUESTIO PRIMA.

Proponuntur circa hanc rem varia sententia.

SUMMARIUM.

- 1 Refertur historia Textus.
2 Breviter ponitur difficultas.
3 Omititur quadam sententia aliquorum.
4 Ponitur prima sententia negans.
5 Ponitur secunda sententia, vera, & affirmans.
6 Ponitur tertia sententia utraque superiorem antecedentem probabilem dicens ac judicans.
7 Omnes illius Auctores in modo dicendi non conveniunt, sed valde diversimodo rem explicant. Ibidem.

Pro hujus rei fundamento, praemittenda est historia, quae narratur. 1. Regum. 28. quod cum Saul vehementer urgeretur ob bellum gerendum cum Philisthaeis sequenti die, a muliere pythonia postulavit, ut ei suscitarer Samuelē jam demortuum; mulier acquiescens Regis dictis ait ad Saulē ibi num. 13. Deos vidi ascendentes de terra: dixitque ei: Qualis est forma ejus? quae ait vir senex ascendit, & ipse amictus est pallio. Et intellexit Saul, quod Samuel esset, & inclinavit se super faciem suam in terra, & adoravit. Dixit autem Samuel ad Saul, quare inquietasti me, ut suscitarer? & c. Saülque dixit Samuel omnem futurum eventum belli, ut revera contigit: dicens, Cras autem tu & filii tui mecum eritis. Hanc eandem historiam, breviter refert Ecclesiast. 46. num. 23. agens de Samuele ait: Post haec dormivit & notum fecit Regi, & ostendit illi finem vitae suae, & exaltavit vocem suam de terra; in prophetia delere impietatem genti: Hoc posito veniamus ad quaestionem.

Et in ea est magna difficultas, quod fuerit vera anima suadet historia & Primi Regum, quia dicit Samuel quare inquietasti me; & in Ecclesiastico quod dixerit Regi finem vitae suae. Quod non fuerit vera anima, inde suaderet, quando fieri potuit, quod anima Samuelis justī, & Sancti de Limbo Patrum fuisset educta per Pythoniam arte magica ac Daemonis industria, & inde varias sententias abierunt Patres ac Doctores.

Et omitto opinionem aliquorum, quos tacito nomine refert Petrus Comestor in historia Ecclesiastica. 1. Regum 25. qui dixerunt corpus tantum Samuelis suscitatum fuisse cum spiritu vivifico quodam sine ejus anima, quam dicunt mansisse in suo loco, in quo antea erat, quae sententia multis absurdis implicatur, nam

Eccles. 46.

2.

3.

nam Samuel locutus est, quod ab Spiritu corporeo non poterat provenire, nisi tantum ab anima: Tum quia Doctores non contendunt de corpore, sed de ipsa anima, an venerit.

Prima sententia tenet animam Samuelis non apparuisse Sauli. Ita noster D. Cyrillus Alexander, lib. 6. de Adorat. in Spiritu, Tertullianus, lib. de anima, c. 57. D. Basil. in cap. 8. Isaia, licet epist. 80. sententiam mutaverit, Ruper. in Comment. lib. 2. Reg. c. 17. Anastasius Synaita q. 19. ubi contrariam sententiam impiam vocat & in 1. Reg. cap. 28. Procopius, Strabo Bergens. Addit. 2. ad Lyran. Eustathius Archiepiscopus Antioch. & Martyr. in dissertatione contra Origenem de engastrimytho, Methodius Bazarensis, Episcopus, & Martyr in libro de engastrimytho, Nicenus in epistola ad Theodosium, Pionius Presbyter, & Martyr apud Mera-phraiten in ejus vita 1. die Februarii Philistarius de haeresibus, c. 26. Guillelmus Parisensis lib. de universo part. 1. circa finem Turrecremata lib. cap. Nec mirum 26. quast. 5. Varablus in scholiis ad 1. Reg. cap. 18. Janenius Ecclesiast. 46. Gregorius Syncellus in historia Chronolog. ab exordio Mundi, Matthias Felicius in elucidatione 1. Praecepti. Martinus Martinez lib. 9. hypotep. Regula 21. Joan. Arboreus 1. 7. Theosophia.

Secunda sententia astringit veram animam Samuelis Saül apparuisse, eique vitae exitum denuntiavisse: hanc sententiam affirmantem expressē tenent Petrus Galatinus lib. 6. de Arianis, c. 8. Gaspar Cassalius lib. 4. Axiomatium disp. 1. c. 3. Victoria ac Magia, q. 5. n. 19. ad 1. Caietan. Malveda, Sanch. Cornelius Estius ad 1. Reg. cap. 28. Bonartius Ecclesiast. 46. Raphael de la Torre 2. 2. q. 95. art. 3. disp. 3. Josephus lib. 6. Antiq. c. 11. Lyra in 1. Reg. c. 28. ibi Abulens. q. 28. Suarez tom. 1. de Relig. lib. 2. de superstit. cap. 16. n. 15. & tom. 2. in 3. part. disp. 42. sect. 2. Michael de Palatis in Isaiam, prolog. 2. Mendoga August. q. 5. scholastica, n. 8. Bellarm. tom. 1. lib. 4. cap. 11. n. 2. 2. de Purgator. c. 6. Rua tom. 2. controverf. 7. post. fol. 17. Delcius lib. 2. disquisit. Magicarum, quast. 6. & quast. 16. Torreblanca de Magia, lib. 2. cap. 27. n. 31. & de jure spirituali, lib. 1. c. 3. num. 44. Pereira ad cap. 7. Exod. n. 48. Olearter in Annotationibus litteralib. ad cap. 24. Numeror. Salian. anno Mundi 2976. Tornielus Annalium tom. 1. anno 2976. Bergens. 1. Reg. 28. Malder. de jessira, tract. 10. cap. 8. dub. 3. Vallesius de sacra Philosophia, c. 33. Jodocus Coccius tom. 1. Theauri Cathol. lib. 5. art. 10. Castro de punit. Heretic. lib. 1. Soto in 4. dist. 45. q. 1. art. 4. Petrus Gregorius Tolof. de Republic. lib. 15. c. 5. n. 8. Freitas in tract. Cunha de sollicitanti, & alii multi Doctores, quos citant, ac sequuntur Noster Elias à sancta Theresia tom. 1. legationis Ecclesiae militaris, lib. 1. cap. 23. n. 15. & Fr. Antonius à Matre Dei in Praeludium, seu Isagogia sacra Scripturae, Praelud. 1. dub. 14. n. 317 fol. 116.

Et tertia sententia, quae utramque opinionem dicit probabilem, quam videtur tenuisse, D. Augustinus in epistola ad Simplicianum; dicens, utraque opinio cohaeret cum textu, hanc sententiam expressē tenent Eucherius, Rabbanus, Beda, Hugo, Isidor, Clar. 1. Reg. 28. qui Augustini verba ad Simplicianum tran-

4. D. Cirill. Tertullian. D. Basil. Ruper. Synaita.

Procop. Strabo. Bergens. Eustathius. Methodius. Bazarensis. Nicenus. Pionius. Philist. Guillelm.

Turrecre. Varabl. Jansep.

Joan. Arb.

Galatin. Cassalius. Victoria. Caietan. Malveda. Sanchez. Cornel. Estius. Bonartius. La Torre. Josephus. Lyran. Abulen. Suar. Palladius. Mendoga. Bellarm. Rua. Delcius. Blanca. Pereira. Olearter. Salian. Tomeli. Burg. Malder. Vallesius. Jodoc. Cocci. Castro. Soto.

Fr. Elias.

Fr. Anton.

D. August. Eucherius. Rabbanus. Beda. Hugo. Isidor. Clar.

scribunt D. Isidor. lib. 8. Origenes c. 9. Nanchet. D. Isidor. Castro. Soto. Comesto. cherus volum. 5. Chronographia Gen. 32. Castro lib. 2. de justa Heretic. punitioe, ca. 4. Soto de justitia & jure lib. 8. art. 2. quast. 3. & alii quos luppertio nomine citat Petrus Comestor, in Historia Ecclesiastica, 1. Reg. 28. & pro se adducunt D. Gregor. Nazianzen. orat. 3. Ubi Samuel per ventriloquam, atrahitur, aut atrahi videtur. Omnes tamen isti Auctores in modo explicandi non conveniunt: Nam quidam dicunt veram animam Samuelis apparuisse Dei virtute, alii apparuisse demonis astu.

QUESTIO II.

Resolvitur sententia pro parte affirmativa

SUMMARIUM.

- 7 Secunda sententia est veram Samuelis animam apparuisse Saül.
8 Hanc sententiam tenent Tertullianus, D. Augustinus D. Thomas, & n. 9.
10 Hanc sententiam docent alii Patres.
11 Probatur primo, ex contextu Ecclesiastice Dormivit, notum fecit Regi.
12 Ponitur & solvitur instantia Janenii, ac maxime ex multis refutatur, & n. 13.
14 Probatur secundo, ex verbis Ecclesiastici, Exaltavit vocem suam de terra.
15 Ex eisdem Ecclesiastici verbis in Prophetia delere impietatem gentis, cum Syriaco. Probatur iterum.
16 Probatur tertio nostra sententia ex 1. Reg. 28. ex multis verbis ponderatis, ac examinatis.

Mihi vera sententia est, veram Samuelis animam è limbo Sanctorum Patrum revocaram Sauli apparuisse. Ita Auctores citati superiori questione in secunda sententia, eam tenent communiter Patres. Ita Tertullianus, lib. 3. adversus Marcion. cap. 5. & de Samuele loquens ait.

Talibus in vite spatio laudabilis exit, Ut quoque post requiem Prophetica jura teneret.

D. Augustinus libro de cura pro mortuis, quamvis videatur oppositam sententiam tenere, in hanc maxime inclinat; quia ex eo probat mortuos vivos apparere, quia Samuel demortuus Sauli vivo apparuit, & futura de eventu belli ei praedixit. Scripsit autem D. August. hanc librum post illos, quos ad Simplicianum scriperat, ut patet ex lib. 2. Retract. cap. 1. & 6. Nam libri ad Simplicianum fuerunt primi, quos D. August. factus Episcopus scripsit, librum autem de cura pro mortuis multo post elaboravit, in illoque apertē retractat sententiam, quam antea tradiderat. Clarius, & in libro de octo dulcibus questionibus, q. 6. ubi apertē ostendit se retractasse priorem sententiam. Sic ait: Sed quam non frustra dixerim pedetentim in hoc genere simulatam Samuelis imaginem Pythonisse ministerio praesentatam, existimare debere, ne inquisitionibus diligentioribus praescribamus, mea posteriori L. I. 4 inquisitio

Origen. Nanchet. D. Isidor. Castro. Soto. Comesto.

Tertullian.

D. August.

inquisitio declaravit, quando inveni in libro Eccl...

9. D.Thom. Eccl.

In hac eadem sententia est etiam D. Thomas, nam licet in aliquibus locis videatur...

10. Origen. D.Basil.

Hanc sententiam tenet Origenes, De engastrimyrto. D. Basilus epistol. 80. ubi mutat sententiam...

D.Ambros. D.Zen.

Probatur primo fundamento D. Augustini, ac D. Thomae ex Ecclesiastico, ubi Patres suo ordine laudabantur...

11. D.August. D.Thom. Eccl. 46.

12. Janfeni.

Nec sat est si dicas cum Janfenio, ad Samuelis laudem pertinere, quod non permiserit Deus...

13.

Sed contra, & primo; ex nullo fundamento cogimur ad tam violentam Textus exposi-

tionem. Secundo, quia ut dixi in confirmatione, Sicut illud dormivit refertur ad veram personam Samuelis...

14. Eccl. 46.

Probatur secundo ex eodem Ecclesiastico citato loco, exaltavit vocem suam de terra, in prophetia delere impietatem gentis...

Abulen. Viven. Rodigin. Allatius.

Joan. 12.

Pergit Ecclesiasticus citato loco: In prophetia delere impietatem gentis, Syrus vertit. In prophetia ad cessare faciendum peccata...

15. Eccl. 46. Syriacus.

Probatur tertio ex 1. Reg. 18. ubi ille qui apparuit Sauli, senex dicitur Samuel, quod proinde pro ejus persona proprie accipiendum est...

16. 1. Reg. 18.

Aristoteles. D. Thomas.

quod in ea est praecipuum, ut ex Philosopho docet D. Thom. 1. 2. q. 106. art. 1. Ac proinde Samuelis nomine illius anima est subintelligenda...

Samuel

Samuel ad Saul, faciet Dominus sicut locutus est in manu mea De regno ab ipso Saule auferendo...

QUESTIO III.

Ponantur, ac solvantur argumenta Prima sententiae.

SUMMARIUM.

- 17 Ponitur primum argumentum ex autoritate D. Augustini, & D. Hieron. 18 Explicatur sancti Patres. 19 Argumentum ex Decreto Gratiani ponitur. 20 Explicatur, quod allegationes in Decreto Gratiani non plus habent auctoritatis...

17. D.August. D.Hieron.

Sic Auctores primae sententiae, pro ea primo sargumentantur Samuelis animam de facto Sauli non apparuisse, & probant autoritate D. August. lib. 2. de Doctrina Christiana...

18.

Respondetur D. Augustinum in citato lib. 2. de Doctrina Christiana, illam sententiam solum per modum instantiae, & exempli artulisse, ad quod sufficit, quod aliorum opinionem judicaret probabilem...

D.August.

D.Hieron.

bii ex eo erat, quia pro tunc Ecclesiasticus non erat receptus, ut Canonicus, ut modo est, cum ergo hic ait, quod in Samuelis phantasmate Pythonissa loquitur Sauli...

19.

Cap. Nec. mirum.

Arguunt Secundo. Quia haec sententia, Ecclesiae sententia jam videtur determinata, & resoluta. Nam cap. illud 26. quae. 2. & in cap. Nec mirum 26. quae. 5. expressè declaratur...

20.

Caieran. Soto. Belarm. Suar. Sanchez. Salas. Machado. Villalobos. Angian. Burrius. Gloffa. Rodrig. Megala. Alciat. Diana.

Negatur antecedens, nam Canones, seu auctoritates appositae in Decreto Gratiani, non magis obligant, nec majorem auctoritatem habent quam in suis propriis autoribus ac proinde non ibi plus vendicant...

21.

Dices tamen sapientium dicta, quae allegantur in digestis habent vim legis, ergo similiter Sanctorum dicta, quae continentur in Decreto. Negatur consequentia, nam illa dicta Jurisprudencium habent vim legis...

L. 1. Cod. Pius V. Greg. XIII. Felinus. Cepola. Tiraquel